

quacumque publica studii generalis universitate susceperint, tam de jure, usu, & consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt in futurum, pari modo, & absque ulla prorsus differentia uti, frui, & gaudere libere, & licite possint, & valeant in omnibus, & per omnia ad Ecclesiasticas quoque quascumque etiam majores in Cathedralibus, ac Metropolitanis Ecclesiis etiam Praesulatus dignitates, perinde acsi Lauream hujusmodi in aliqua approbata studii generalis publica Universitate susceperint dicta auctoritate concedendi, & indulgendi plenam, & amplam facultatem eadem auctoritate tenore praesentium tribuimus, & impertimur.

Præsentium Literarum firmas.

§. 6. Decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§. 7. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 14. Febr. 1739. An. IX.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 14. Februarii 1739. Pont. nostri Anno IX.

CCXLIX.

Confirmatio Decreti Congregationis Episcoporum, & Regularium super deputatione Diffinitorum quocumque modo deficientium post celebratum Capitulum Provinciale Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini Excalceatorum nuncupatorum Congregationis Hispaniae.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Supplex Libellus Congregationis Episcoporum, & Regularium porrectus.

§. 1. Nuper pro parte dilectorum filiorum modernorum Vicarii Generalis, & Diffinitorii Generalis Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini Excalceatorum nuncupatorum Congregationis Hispaniae, Congregationi Venerabilium Fratrum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita exposito, quod cum non sine speciali providentia pro bono regimine disciplinae Regularis consultum sit in familiis religiosis, ut in singulis earum Provinciae, ultra Priorem Provinciale de triennio in triennium eligendum, eligantur quatuor Diffinitores, quorum praesentia in omnibus negotiis emergentibus praesente concurrat, cumque necessitas hujus assistentiae exigat, ut Diffinitoria semper sint completa, & hac in parte satis specificè consultum non videatur in Constitutionibus Congregationis, & Ordinis praedictorum,

ut scilicet in casibus, in quibus contingat aliquem, seu plures ex Diffinitoribus ob mortem naturalem, & civilem, aliudve impedimentum perpetuum deficere, eoque casu Diffinitorium suppleatur per Diffinitores Capituli immediate praecedentis, urgentia siquidem negotiorum passim emergentium de cetero non permittat, ut illorum accessus expectetur, quatenus illi post absolutum officium, ut plerumque evenit, ad alias partes transferant, ac proinde desiderabant, ut ab eadem Congregatione Cardinalium declararetur, ut in quocumque casu deficientiae alicujus, sive plurium ex Diffinitoribus electis in Capitulis Provincialibus Congregationis, & Ordinis praedictorum subrogati immediate, & semper intelligantur, & supplere debeant eorum voces, & vota, usquequo novum Capitulum Provinciale celebratum fuerit, ii qui pro patribus additis Diffinitorio Provinciali (sicuti Diffinitorio generali) pronuntiari consueverunt, ita ut per reliquum deinde, ac totum Provincialatus triennium quacumque detur, & quovis ex casu Diffinitorium deficientia, semper Diffinitorium illud plenum remaneat, & negotia occurrentia statim, & absque ulla contestatione, absque alio recursum, ut praefertur, non ita facile juxta eorum exigentiam expedire valeant, & in eadem expositione subjuncto, ut ad uberiores cautelam in casu deficientiae hujusmodi Diffinitorum Provincialium si neminem ex dictis additis contemporanee supersse contingeret, quibus, sicut praemittitur indultum fuisset, eorum vices supplere usque ad novi Capituli Provincialis celebrationem, facultatem Vicario Generali pro tempore existenti, ut una cum Priore Provinciali, & reliquis eius Diffinitorio, qui supersint, Diffinitores quot quot defuissent cum eisdem praeminentiis usque ad novum Capitulum Provinciale eligere possit, impertiri dignaretur.

D. Congregationis Decretum.

§. 2. Emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur videlicet: Sacra Congregatio Eminentissimi Firrao praefati Ordinis apud Sanctam Sedem Protectoris, ac Patris Prioris Generalis censuit, si sanctitati suae placuerit, posse per suas literas Apostolicas in forma Brevis, Oratorum precibus indulgeri, ut in quocumque casu, quo unus, sive plures ex Diffinitoribus electis in Capitulis Provincialibus deficient, subrogati semper, & quocumque intelligantur, & supplere debeant eorum voces, & vices cum iisdem praeminentiis usque ad novum Capitulum Provinciale alii duo, sive plures Religiosi qui pro Patribus Additis Diffinitorio Provinciali, quoties celebratur Capitulum Provinciale, pronuntiari consueverunt, sicuti praefertur quoad Diffinitorium Generale, ita ut per reliquum Provincialatus tri-

annium quicumque detur casus deficientiae, Diffinitorii plenitudo semper conservetur pro expeditione omnium negotiorum occurrentium. In eventum vero, quo deficient unus, sive plures ex Diffinitoribus Provincialibus nullus etiam ex dictis Additis supersset, ut praefertur subrogandum, concedatur eidem Vicario Generali facultas, ut una cum Provinciali pro tempore & reliquis, qui supersint de eius Diffinitorio possit eligere Diffinitores quot quot deficient usque ad novum Capitulum Provinciale. Romae 23. Januarii 1739. A. Card. Firrao. C. Arch. Damiani Secr. F. Michele Priore Generale loco & sigilli.

Ad instantiam Diffinitorii Generalis.

Confirmatio Apostolica roboratur.

§. 3. Cum autem dicti Exponentes Nobis subinde exponi fecerunt ipsi Decretum hujusmodi quo firmius subsistat, Apostolicè confirmationis nostrae patrocinio communituri summo opere desiderent.

§. 4. Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existant ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum praesentium, auctoritate Apostolica, tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adiciamus, salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Clausulae pro prepetua observantia.

§. 5. Decernentes easdem praesentias literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinis, & Congregationis praedictorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 2. Martii 1739. An. IX.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 2. Martii 1739. Pont. Nostri Anno Nono.

Confirmatio Decreti Congregationis Episcoporum, & Regularium, quo declaratur electionem Regentis Provincialis Ordinis Eremitarum S. Augustini Congregationis Hispaniae in casibus mortis civilis, seu naturalis alicujus ex Prioribus Provincialibus esse faciendam a Vicario Generali una cum Diffinitoribus Provincialibus ad formam declarationis Cardinalis Sauli anno 1623. factae.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Nuper pro parte dilectorum filiorum modernorum Vicarii Generalis, & Diffinitorii Generalis Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini Excalceatorum nuncupatorum Congregationis Hispaniae Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita exposito, in altera scilicet ex Constitutionibus Ordinis, & Congregationis praedictorum auctoritate, Apostolica confirmatis praescriptum reperiri, quod in casibus, quibus contigerit aliquem ex Prioribus Provincialibus per mortem naturalem, seu civilem deficere, in eius locum Exprovincialis immediate, absolutus subintret ad regimen Provinciae vacantis, adjecta tamen clausula nisi Pater Vicarius Generalis aliter disposuerit -- clausula autem hujusmodi in diversis Capitulis Generalibus eorumdem Ordinis, & Congregationis, ea omnium intelligentia & resolutio fuisset, quod electio Regentis Provincialis in eiusmodi casibus privative ad Vicarium Generalem, & Diffinitores Generales pro tempore existentes, voce, & voto concurrentibus spectare deberet, prout ex actis impressis dictorum Capitulum constare asserbatur, & huc usque observatum esse. In Capitulo vero anno 1730. celebrato, habita consideratione ad quamdam declarationem anno 1623. editam per clar. mem. S. R. E. Cardinalem Saulium nuncupatum, tunc Sacri Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium Collegii Decanum factam, qua statutum fuerat, quod electio omnium officiorum Generalium ad Capitulum Generale; Officiorum vero Provincialium ad Capitulum Provinciale spectaret, & pertinere; Novum dubium inter vocales supradicti Capituli exoriri ceperat, an electio Regentis Provincialis iuxta intelligentiam usque tunc retentam ad Vicarium Generalem pro tempore existentem una cum Diffinitoribus Generalibus, seu potius in vim declarationis una cum Diffinitoribus Provinciae, ubi vacatio contigeret, spectare deberet. Cum autem huiusmodi dubium nunquam resolutum fuisset, ipsi Exponentes ad auferendas in posterum ultiores quaestiones, & scissuras, quae ex diversis intelligentiis exoriri possent in subiecta materia disciplinae regularis, bono regimini de cetero parum proficuas, & nihil con-

Alia supplicatio d. Congregationis facta.

congruentius, & solidius in huiusmodi contingentis agnoscentes, quam huius Sanctæ Sedis oraculum postulare, plurimum cupiebant per Congregationem eorumdem Cardinalium declarari, dubium in eadem Congregatione propositum, nempe, an in casibus, ut præfertur, quibus aliquem ex Prioribus Provincialibus, sive Congregationis per mortem civilem, seu naturalem deficere contigisset, electio Regentis Provincialis, qui in illius locum subintrare deberet, facienda sit a Vicario Generali pro tempore existente una cum suo Definitorio Generali, seu potius cum Definitoribus Provincialibus, ubi vacatio contigisset, ut in posterum absque ulteriori hæsitacione in huiusmodi casibus ita firmiter, & inviolabiliter sit procedendum.

§.2. Ad eorumdem exponentium supplicationem, ab eadem Congregatione Cardinalium emanavit decretum tenoris, qui sequitur videlicet: Sacra Congregatio Eminentium, & Rmorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, ad quam S. S. N. S. Noster supplicem libellum remisit, attentis relationibus Eminentissimi Firrao apud Sanctam Sedem Protectoris, ac Patris Procuratoris Generalis decrevit, ac declaravit. Electionem Regentis Provincialis esse in his casibus faciendam a Vicario Generali una cum Definitoribus Provincialibus ad formam declarationis præfati Cardinalis Sauli. Romæ 23. Januarii 1739. -- J. Card. Firrao C. Archiepiscopus Damiatæ loco * Sigilli.

§.3. Cum autem dicti Exponentes Nobis subinde exponi fecerunt, ipsi Decretum huiusmodi, quo firmius subsistat, Apostolica confirmationis Nostræ patrocinio communitari summopere desiderent.

§.4. Nos ipsos exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a Jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Decretum præfatum, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabiliter Apostolicæ firmitatis robur adiciamus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium.

§.5. Decernentes easdem præsentis litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, si fecerit

Congregatio Decretum.

Apostolica confirmatio.

Decretum pro perpetua observatione.

super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.6. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Congregationis huiusmodi etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes; illis alias in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 2. Martii 1739. Pontificatus nostri Anno nono.

CCLI.

Confirmatio Decreti Sac. Congregationis Rituum super electione B. M. V. Immaculatæ in Patronam Principalem Regni Siciliae ultra Pharum.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Nuper sicut accepimus, dilecti Filii Communitates, Universitates, & Homines Regni Siciliae ultra Pharum pro ea, quam iidem erga S. Franciscum de Paula profitentur veneratione in Generalibus Comitibus per Regni præfati, ut vocant. Deputatos, eodem S. Francisco in Patronum principalem dicti Regni electo, etiam a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus propositorum electionis huiusmodi approbationem, addita insuper quoad suffragiorum secretorum defectum sanatione, obtinuerunt.

§.2. Quoniam autem, dubium circa executionem Decreti approbationis a Congregatione præfata editi a dilectis quoque, filiis Communitate, Universitate, & Homines Civitatis Panormitanæ B. M. V. Immaculatam jamdiu Principalem Regni præfati Patronam haberi asserentibus excitatum fuit, a Congregatione prædicta suppliciter libello porrecto pro nova Audientia, rescriptum fuit.

§.3. Nos itaque qui pro Supremo Apostolici muneris Officio Sacrosandam Catholicam Religionem Sacrumque Cultum promovere, ut par est, atque in dies benedicente Domino, augere satagimus, prævia avocatione causa ab eadem Congregatione, ne pia Christianidelium amulatio examine causæ huiusmodi diutius tractato, Divinorum Officiorum ordinem fortasse inturbaret, ac re mature discussa, piis etiam Deputatorum præfatorum precibus per Epistolam ad Nos superime datam humiliter porrectis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eorumque singulares Personas

Obstantium derogatio.

Dat. die 2. Martii 1739. An. IX.

Communitates Siciliae S. Francisci de Paula eligunt in Patronum.

Civitas Panormitana jamdiu B. M. V. Immaculatam habuit Patronam.

Decretum Pœnitentis B. M. V. Immaculatæ fore Patronam principalem.

fonas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a Jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, de nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium Congregationis præfate specialiter deputatorum Consilio, Beatam Mariam Virginem Immaculatam in Principalem Regni præfati Patronam, ut majora eidem semper a Christianidelibus impendantur obsequia, & religiosa populorum pietas præsentissimo ejusdem fruatur patrocinio, quatenus opus sit, auctoritate Apostolica tenore præsentium denuo confirmamus; necnon Clero Seculari totius præfati Regni, ut quot annis Festum Sancti Francisci de Paula tamquam Patroni Principalis ejusdem Regni ex Præcepto Ecclesiæ recolant, atque illius Officium, ac Missam cum Octava recitent, & celebrent, auctoritate, & tenore præfatis injungimus.

Festum Sancti Francisci de Paula tamquam Patroni principalis celebrandum.

Derogatio contrariorum.

Dat. die 18. Martii 1739. An. IX.

§.4. Non obstantibus, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & quatenus opus sit, dicti Regni, & aliis quibuslibet consuetudinibus, privilegiis, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, aut innovatis. Quibus omnibus, & singulis pro hac tantum vice, & ad hunc dumtaxat effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 18. Martii 1739. Pont. Nostri Anno Nono.

Pro D. Card. Passioneo. Cajetanus Amatus.

CCXLII.

Confirmatio Capituli Generalis Ordinis Cisterciensis Anno 1739. celebrati.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Præclara Cisterciensis Ordinis ab ipso Instituti sui exordio pro Catholica Religione semper sibi, ac potissimum Sanctis Stephano, & Bernardo in Terris agentibus parta merita, singulari Apostolicæ Charitatis, & Pontificis Benignitatis studio Nos complectentes, ingenti cum paterni animi nostri voluptate exceperamus, dilectos filios ejusdem Ordinis Superiores, & Abbates, aliosque anno proxime elapso, omnibus, quæ hæctenus obfiterunt, quominus generalia Ordinis prædicti Comititia Cistercii Cabillonens. Diocesis haberentur, per summam Omnipotentis Dei clemenciam compositis, illic a die quinta. Mensis Maii usque ad diem vigesimam ejusdem Mensis Anni præfati congregatos eadem generalia Comititia celebrasse. Sed majori lætitia affecti sumus, cum acta ipsorum generalium Comitiorum, varia Decreta,

Habita tantum Ordinis Cisterciensis generalia comitia.

Dat. die 21. Martii 1739. An. IX.

Ordinationes, Deliberationes, Constitutiones, & Mandata pro bono ejusdem Ordinis, & Monastica disciplinae regimine edita, & statuta insimul complectentia ad Nos, ut illis Apostolicæ Confirmationis robur adiceremus, transmissa, & a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, ad quam examinanda remiseramus, expensa, & approbata Apostolico munimine corroborari posse audivimus.

§.2. Quamobrem dilecto filio Philiberto Quarrè Abbate Uterinae Vallis, & præfati Ordinis Procuratore Generali nobis humiliter supplicante, ut illa, ut præmittitur, opportuna Confirmatione munire de benignitate Apostolica dignaremur; Nos igitur dictum Philibertum specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinatis, de præfatorum Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium, qui Votum dilecti filii nostri S. R. E. prædictæ Cardinalis de Via nuncupat. ad ejusmodi negotium examinandum deputati, attenderunt, consilio, præfata Decreta, Ordinationes, Deliberationes, Constitutiones, & Mandata eum omnibus inde secutis, & sequendis, dummodo tamen sint licita, & honesta, sacrifique Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis, ac Constitutionibus Apostolicis non adversentur, apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiciamus; Salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§.3. Decernentes Decreta, Ordinationes, Deliberationes, Constitutiones & Mandata, ac præsentis litteras, firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. In contrarium facien, non obstant, quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 21. Martii 1739. Pont. nostri Anno Nono.

Eius Actus Congregatione Episcoporum & Regularium confirmatione Apostolica reperta.

Ea confirmat Pontifex reservata d. Congregationis auctoritate.

Itaque, in hisque statuta perpetuo precipit observari.

Decretum de ordine servando in recuribus faciendis a Fratibus Ordinis S. Francisci Minorum Conventualium.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam

Exordium.

EX inuncto Nobis Apostolica servitutis munere ad ea peculiare sollicitudinis nostrae curas libenter intendimus, quae felici Christifidelium Divini Numinis obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipatorum regimini, atque tranquillitati conducibilia fore in Domino arbitramur.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt Dilecti filii Felix Angelus Sideri Vicarius Apostolicus, & Joannes Baptista Minucci Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Conventualium nuncupatorum, quod licet per Constitutiones Urbanas dicti Ordinis Cap. X. Tit. II. Num. VII. praescriptum reperitur, nempe. Sacrosancti propterea Concilii Tridentini vestigiis inhærendo decernimus, & mandamus, ut (nisi ex aliqua ratione a Jure permessa causa alias devolvatur) cause omnes, quae Guardiano competunt in prima instantia ab eo, in secunda instantia a Ministris Provincialibus, vel eorundem Commissariis, in tertia demum a Generali Ministro, vel ejus Commissariis cognoscantur, necnon generali Decreto dudum a Congregatione tunc existentium S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita jussu se, re. Sixti PP. V. Praedecessoris Nostri edito caveatur expresse, quod Regulares cujusvis Ordinis in casibus, in quibus appellare de jure licet, id facere debeant gradatim ad sui Ordinis Superiores, a Priore nimirum ad Provinciales, & a Provinciali ad Generalem, antequam Sedem Apostolicam adire possint; Nihilominus ipsi exponentes non sine eorum animi more adverterunt, plures Religiosos ejusdem Ordinis, supradicti Ordinis Constitutionum, ac Decreti hujusmodi immemores, illave exoleta, & antiquata esse credentes, tum a praefata correctione Regulari Superiorum provocare, tum ubi appellatio permittitur, nunquam observata forma sic praescripta, ad Superiores mediatos, sive Praelatos majores Ordinis praefati, ac etiam hanc Sanctam Sedem appellare, & recurrere, unde Regularis disciplinae detrimentum, immediatorum Superiorum, eorumque Jurisdictionis contemptus, ac non raro impunitas delinquentium, aliaque multiplicia incommoda consequuntur. Quamobrem ipsi exponentes, ut debita subditorum erga Praelatos obedientia, exactaque regularis observantia in dicto Ordine conserventur, & sicubi exciderint restituantur, opportunum gliscenti malo, & abusu ejusmodi remedium adhiberi, & alias in praemissis salubriter a Nobis provideri summopere desiderant.

§. 2. Nos ipsorum Exponentium votis

Quamvis statutum fuerit a Sixto V. ut a Regularibus recitatur ad Superiores Ordinis.

Nonnulli tamen Ordinis Conventualium hujusmodi gradationem non servant.

hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, omnibus, & singulis dicti Ordinis Fratibus, & personis cujusvis dignitatis, gradus, & conditionis existant, appellationem a correctione Regulari suorum Superiorum ad formam enarratarum Constitutionum, ac sub poenis in eis contentis auctoritate Apostolica tenore praesentium interdicimus; in casibus vero in quibus iisdem Fratibus de jure, vel juxta Constitutiones praedictas appellare, aut recurrere licet, id non aliter deinceps fieri posse statuimus, quam gradatim a gravamine scilicet Prioris ad Provinciales, & a Provinciali ad Generalem, ita ut causa appellationis, seu recursus hujusmodi, antequam ab eodem Ministro Generali cognita, & definita fuerint, extra dictum Ordinem deferri, & agitari nequeant.

§. 3. Ac propterea omnibus Romanae Curiae Tribunalibus, ac Judicibus, & quibusvis etiam Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. praedictae Cardinalium Congregationibus, necnon Sedis Apostolicae Nunciis, nunc, & pro tempore existentibus, ne Fratrum dicti Ordinis appellationem, seu recursum admittant, causaque praedictas cognoscant, nisi prius eis legitime constiterit, illas per dictos Superiores, memorato ordine servato cognitatas, & definitas fuisse, sub poena nullitatis actorum, ac inde secutorum, & quoad Religiosos appellantes, vel recurrentes, qui praemissis contraverint, sub gravibus nostro, & Romani Pontificis pro tempore existentis arbitrio infligendis poenis, eadem auctoritate harum serie prohibemus.

§. 4. Decernentes ipsas praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter observari, ac eis respective plenissime suffragari. Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caularum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac praefati Ordinis etiam juramento, confirmatione, Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Qui-

AN. CH. 1739. Constitutio- nes Ordinis super hoc servari praecipit Clemens.

Secus eorum recursum a Judicibus extra Ordinem admitti vetat.

Sicque semper & ubique jubet servari.

Obstantium derogatio.

Quibus omnibus; & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut earundem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica Dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibite, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariae Majoris sub Annulo Piscatoris die 4. Aprilis 1739. Pont. nostri Anno Nono.

D. Card. Passioneus.

Transumptis fidem addit.

Dat. die 4. Aprilis 1739. An. IX.

Paulus V. Fratrum Ordinis hujusmodi ad alios Ordines vetavit.

Confirmatio, & Innovatio literarum Pauli V. Urbani VIII., ac etiam S. V. contra transcentes de Ordine B. Mariae de Monte Carmelo Congregationis Hispaniae ad alium Ordinem editarum.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. UDUM se, re. Paulus Papa V. Praedecessor noster per quasdam suas, quarum initium Decret Romanum Pontificem &c. in simili forma Brevis die 3. Aprilis 1610. expeditas literas non solum omnia, & singula facultates, gratias, & privilegia Fratrum Ordinis Beatae Mariae de Monte Carmelo Discalceatis nuncupatis Congregationis Hispaniae a Romanis Pontificibus Praedecessoribus suis usque tunc concessis confirmavit, verum etiam, ut eisdem Fratibus Discalceatis omnis a sui Instituti praescripto discedendi, & vagandi via pracluderetur, statuit, & ordinavit, ac in virtute Sanctae obedientiae districtae praecipit, ut nullus ex ipsis de una in alteram Congregationem hujusmodi transire, recipi, & admitti valeret, & si secus scienter, vel ignoranter fieri contigisset, transitus, receptio, ac admissio hujusmodi nullius roboris, vel momenti censeretur, nec non ipse sic transiens, seu receptus ad propriam Congregationem restitueretur: ac insuper, ut nullus eorundem Fratrum Discalceatorum post emissam ab eo in praedicto Ordine professionem regularem per eos emitti consuetam absque speciali pro tempore existentis Romani Pontificis licentia de praedictis literis, earumque data expressam, individuan, ac de verbo ad verbum mentionem faciente, ac ex legitima, & urgenti causa prius a Congregatione tunc existentium S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum diligenter examinata, & approbata, & alium quemcumque Ordinem Mendicantium, & non Mendicantium, Monachalium, seu Discalceatorum, aut quocumque Religionum

Bull. Rom. Tom. XIV.

erectarum, seu erigendarum etiam emissionis quarti voti, seu perfectioris, & humilioris vitae praesumptione, aut strictioris Regulae, seu observantiae praetextu, vel contemplatione, aut alia quantumvis iusta, & probabili, aut legitima causa sub apostasia, & infamia perpetuae nota, ac excommunicationis latae sententiae poena ipso facto per contrafacientes incurrenda se transferre auderet, seu praesumeret (excepto dumtaxat Ordine Fratrum Carthusianorum, quatenus ad illum transfundi licentiam a suis Superioribus petissent, & obtinissent) & quicumque secus fecisset, cum primum desuper monitus fuisset, nulla mora, aut excusatione, seu forensi contentione, vel appellatione interpositis, ad propriam suam Congregationem redire, ac Superiorum suorum correctione se submittere teneretur, nec Praelati dictarum Congregationum, & aliorum Ordinum, & Religionum hujusmodi ipsos sic translatos, seu fugitivos, & Apostatas retinere, sed eos etiam postquam novam professionem regularem emisissent, sub privationis suorum officiorum, & munerum, ac similibus excommunicationis poenis suis Superioribus, vel ab eis deputatis id requirentibus, & petentibus statim absque Judicis ministerio tradere, & consignare deberent.

§. 2. Ac postmodum re. me. Urbanus Papa VIII. itidem Praedecessor noster per alias suas etiam in pari forma Brevis die 4. Septembris 1627. expeditas literas, supplicationibus tunc existentis Prioris Generalis ejusdem Ordinis nomine totius Ordinis, & Congregationis hujusmodi humiliter porrectis inclinatus, interdixit, & prohibuit, ne de cetero ullus eorundem Ordinis, & Congregationis professor quavis ex causa etiam quantumvis rationabili, privilegiata, & iusta, sive sub quocumque praetextu ad Romanam Curiam absque expressa sua, & hujus Sanctae Sedis, seu dilecti filii Praepositi, aut Vicarii Generalis Ordinis, & Congregationis hujusmodi pro tempore existentis licentia, sub poena carceris arbitrio ejusdem Praepositi duratura, ac privationis vocis activa, & passiva per biennium ab omnium officiorum per eos obtentorum, necnon inhabilitatis ad illa, seu alia in futurum obtinenda per contrafacientes eo ipso incurrendis poenis venire, seu accedere auderet, seu praesumeret, mandavitque in virtute Sanctae obedientiae Praeposito, seu Vicario Generali praedicto, aut Procuratori generali Congregationis, & Ordinis praedictorum, ut ipsi dictam prohibitionem in omnibus eorundem Ordinis, & Congregationis Provinciais, & singulis illarum Domibus, & aliis locis Regularibus publicarent, & publicari facerent.

§. 3. Alias nobis pro parte tunc existentium Praepositi Generalis, aliorumque Superiorum Ordinis, & Congregationis hujusmodi exposito, quod cum ipsi se obstrictos viderent ad licentiam pro adeunda praedicta Romana Curia ob importunas instantias concedendam pluribus Ordinis, & Congregationis hujusmodi Regularibus di-

Urbanus VIII sub gravissimis poenis eidem prohibuit accedere ad Rom. Curiam absque Superiorum Generalium licentia.

Exposuerunt Clementi Superiores Generales frequentes molestias Religiosis poenitentibus licentiam Romam accedendi pro transitu obtinendo.

scolis, quorum plurimi, nulla petita licentia Romam adveniebant sub coloratu prætextu expostulandi a Sede prædicta Indultum pro transitu ad alium Ordinem Regularem, cum alias experientia comprobasset tales Regulares nihil aliud ex hujusmodi itinere intendere, nec reportare, quam libertatem, divagationemque extra claustra cum magno propriarum animarum detrimento, Religionis dedecore, seculariumque scandalo, cupiebant propterea tot malis occurrere, & spirituali suorum subditorum salutem providere, & unumquemque ipsorum in manu Consilii sui atque in tota sua libertate, quoad transitum ad alios Ordines, relinquere.

§.4. Nos qui Religiosorum omnium decorem sinceris desiderabamus affectibus, & Personarum Secularium scandalis obviare, atque animarum omnium salutem providere cupiebamus, hujusmodi supplicationibus inclinati, per quasdam nostras sub Plumbo Quinto decimo Kalen. Septembris Pontificatus nostri Anno IV. Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo trigesimo tertio expeditas literas, non solum memoratas literas Urbani Prædecessoris prædicti, ac omnia, & singula in eis contenta, auctoritate Apostolica approbavimus, & confirmavimus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiecit, ac insuper prædictas literas dicta auctoritate extendendo, & ampliando interdiximus, & prohibuimus, ne de cetero ullus ex Fratibus Ordinibus, & Congregationibus hujusmodi cujuscumque gradus, & conditionis, qui ad alium Ordinem Regularem transire vellet, Romam accedere sub prætextu expostulandi a Sede prædicta indultum præsumeret, sed absque eo, quod ex Conventu a Superioribus suis designato, seu designando pro adveniendi benevolo receptore egrederetur per Procuratorem Ordinis, & Congregationis hujusmodi in Romana Curia degentem, vel Personam sibi benevolentiam deberet curare, diligentissimeque adhibere pro obtinendo ab eadem Sede indulto prædicto: Ac insimul teneretur statim dictus Procurator Generalis, si ad hoc fuisset requisitus, dictum indultum sic obtentum, quantocius ad eosdem Superiores transmittere, qui Religioso transitum præcedenti protinus etiam tradere, & si quæ pro his omnibus peragendis expensæ necessariæ, & opportune intervenerint, eas omnes Superiores ipsi solvere deberent, si quis autem contra hujusmodi novum mandatum, transitum prædictum aliter se gerere præsumpsisset, poenæ carceris arbitrio Superiorum, ac privationis vocis activæ, & passivæ, omniumque officiorum, & inhabilitatis perpetuæ ad illa obtinenda penitus subiceretur, & alias prout in prædictis Pauli, & Urbani Prædecessorum, quarum in nostris literis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, uberius dicitur contineri.

§.5. Cum autem, sicut dilectus filius Vincentius a Conceptione modernus Procurator Generalis eorumdem Ordinis, & Congregationis Nobis nuper exposuisset, quod nonnulli ex Fratibus Ordinibus, & Congregationibus hujusmodi ad memoratas nostras, ac Pauli, & Urbani Prædecessorum literas elemandas, declinandasque per mediatorum, & intercessorum operam ad nostrum, & Sedis prædictæ in Hispaniarum Regnis Nuncium confugiunt, ut ad eorumdem libitum Conventum valde a suis respective Provinciis distantem sibi feligant, atque ita Superiores sui nullam sufficientem illos removendi auctoritatem habeant; Unde fit, ut supradicta opera etiam in Domibus Secularium Fratres prædicti degentes exemplum eidem Congregationi valde nocens, pacis perturbationem, & spirituale damnum ceteris Fratibus Congregationis, & Ordinis prædictorum afferant, eo magis, quod ipsi non, ut ad aliam transeundi Religionem, sed ut vagandi libertatem habeant, suam ad eundem Nuntium obtinendi causa indultum hujusmodi accessum obtendant, atque adeo evitent recursum, quem a dicta Sede, cui unice in vim memoratarum Pauli Prædecessoris literarum eadem facultas reservata fuerat, impetrare debeant; proinde memoratus Vincentius prædictas nostras, & ejusdem Pauli Prædecessoris innovare, & confirmare, ac hanc Conventus Fratibus Ordinibus, & Congregationibus hujusmodi assignandi facultatem ad supradictam quidem Sedem, non autem ad illius Nuncios spectare per Nos declarari plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.6. Nos igitur ipsum Vincentium specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, ad quos Nos supplicem libellum nobis portectum remisimus, qui relationem dilecti filii nostri Nicolai ejusdem S. R. E. Cardinalis del Giudice nuncupati eorumdem Ordinis, & Congregationis apud Nos, & Sedem prædictam Protectoris eisdem Cardinalibus factam attenderunt consilio, ad occurrendum omni ex parte fraudibus, quibus Fratres memoratorum Ordinis, & Congregationis vagandi cupidi utuntur, inhærendo decretis, alias a memoratis Paulo, & Urbano Prædecessoribus, & a Nobis ipsis in supradictis literis expressis, & ea super re editis modernis, & pro tempore existentes dictæ Sedis Legatos, seu Nuncios facultatem non habere concedendi Fratibus Carmelitis Excalceatis indulta transeundi ad alium Ordinem auctoritate Apo-

Congregationis Nobis nuper exposuisset, quod nonnulli ex Fratibus Ordinibus, & Congregationibus hujusmodi ad memoratas nostras, ac Pauli, & Urbani Prædecessorum literas elemandas, declinandasque per mediatorum, & intercessorum operam ad nostrum, & Sedis prædictæ in Hispaniarum Regnis Nuncium confugiunt, ut ad eorumdem libitum Conventum valde a suis respective Provinciis distantem sibi feligant, atque ita Superiores sui nullam sufficientem illos removendi auctoritatem habeant; Unde fit, ut supradicta opera etiam in Domibus Secularium Fratres prædicti degentes exemplum eidem Congregationi valde nocens, pacis perturbationem, & spirituale damnum ceteris Fratibus Congregationis, & Ordinis prædictorum afferant, eo magis, quod ipsi non, ut ad aliam transeundi Religionem, sed ut vagandi libertatem habeant, suam ad eundem Nuntium obtinendi causa indultum hujusmodi accessum obtendant, atque adeo evitent recursum, quem a dicta Sede, cui unice in vim memoratarum Pauli Prædecessoris literarum eadem facultas reservata fuerat, impetrare debeant; proinde memoratus Vincentius prædictas nostras, & ejusdem Pauli Prædecessoris innovare, & confirmare, ac hanc Conventus Fratibus Ordinibus, & Congregationibus hujusmodi assignandi facultatem ad supradictam quidem Sedem, non autem ad illius Nuncios spectare per Nos declarari plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.6. Nos igitur ipsum Vincentium specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, ad quos Nos supplicem libellum nobis portectum remisimus, qui relationem dilecti filii nostri Nicolai ejusdem S. R. E. Cardinalis del Giudice nuncupati eorumdem Ordinis, & Congregationis apud Nos, & Sedem prædictam Protectoris eisdem Cardinalibus factam attenderunt consilio, ad occurrendum omni ex parte fraudibus, quibus Fratres memoratorum Ordinis, & Congregationis vagandi cupidi utuntur, inhærendo decretis, alias a memoratis Paulo, & Urbano Prædecessoribus, & a Nobis ipsis in supradictis literis expressis, & ea super re editis modernis, & pro tempore existentes dictæ Sedis Legatos, seu Nuncios facultatem non habere concedendi Fratibus Carmelitis Excalceatis indulta transeundi ad alium Ordinem auctoritate Apo-

1739.
boant divagandi facultatem recurere ad Nuncium Hispaniarum.

Declaret Pater Nuncios Apostolicos facultatem non habere Fratrum Carmelitis Excalceatis concedendi transitum ad alios Ordines.

Confirmans itaque Urbani VIII. Literas, & ut hujusmodi recursum facerent esse per Procuratorem, Generalem, non tamen concedendam licentiam hujusmodi accessus.

Item exponit Procurator Generalis, Fratres ut ha-

Apostolica tenore præsentium decernimus, & declaramus.

§.7. Ac insuper modernos, & pro tempore existentes Legatos, seu Nuncios prædictos in Domino hortamur, & monemus, ut in posterum omnem curam impendant, ne ullus ex Fratibus Ordinibus, & Congregationibus hujusmodi ad alium Ordinem, vel Congregationem seu Institutum absque nostro, & hujus Sanctæ Sedis prædictæ indulto per dictum Vincentium modernum, & pro tempore existentem Procuratorem Generalem tantum juxta dispositionem in memoratis nostris literis expressam per illa verba: Absque eo quod ex Conventu a modernis, & pro tempore existentibus Præposito Generali, aliisque Superioribus prædictis designato, vel designando pro adveniendi benevolo receptore egrediatur, per Procuratorem Generalem prædictum obtinendo.

§.8. Ac insuper dicta auctoritate præcipimus, & omnibus Superioribus prædictis in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, ne ipsi facultatem egrediendi e Conventibus sub prætextu querendi benevolam receptorem, nisi consilio prius de legitima causa, & de prædicto indulto concedant, sed pro executione, & observatione prædictarum Pauli, ac Urbani Prædecessorum prædictorum, ac literarum nostrarum prædictarum, quæ super negotio hujusmodi emanarunt, vigilent.

§.9. Decernentes easdem præsentibus, & memoratas Pauli, & Urbani Prædecessorum, ac alias nostras literas, & in eis contenta quæcumque semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari, sicut in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegates etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. prædictæ Cardinales, etiam de latere Legatos, ac dictæ Sedis Nuncios; sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & desiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.10. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quæ in memoratis dictorum Pauli, & Urbani Prædecessorum, & nostris literis concessa sunt non obstat, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictorum Ordinis, & Congregationis, etiam juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate aliorum roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus.

Sed eos monere debent, ad se recursum de adimplemento prædictarum Literarum.

Superiores vero concedere non debent licentiam Fratibus querendi benevolam receptorem nisi consilio prius de legitima causa, & de prædicto indulto ad hoc, S. Sedis obtinuisse.

Præsentium Literarum firmitas.

Obstantium derogatio.

mus, ceterisque contrariis quibuscumque. §.11. Volumus autem, quod earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique locorum tam in iudicio, quam extra habeatur, quæ eisdem præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majoris sub Annulo Piscatoris die 15. Aprilis 1739. Pont. nostri Anno IX.

DECLARATIO. Declaratio, quod lectio Sacræ Scripturæ in Ecclesia S. Augustini de Urbe Ordinibus Fratrum Eremitarum habenda inter cetera requisita pro obtinendo gradu Magisterii comprehendatur.

CLEMENS PP. XII. Ad futuram rei memoriam.

§.1. Nuper pro parte dilecti filii Nicolai Antonii Schiaffinati Prioris Generalis Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini Nobis expedito, quod in Capitulo generali ejusdem Ordinis Anno 1685. in Alma Urbe nostra celebrato statutum fuerat, ut ii dumtaxat Fratres Ordinis prædicti intra Italiam ad Magisterii lauream promoverentur, qui vel per quinquennium munus regentis studiorum obvisissent, vel per decennium Dei verbum in insignioribus, seu principalioribus ipsius Italiae urbibus cum plausu, justaque fama prædicassent: at cum sapienter animadvertum esset postrema ejusdem statuti verba incertum, & nimis late patentem sensum continere, aut recipere, indeque non raro contigere posse, quod nonnullæ Italiae Urbes ab aliquo Priore generali dicti Ordinis (cujus est quæcumque illius Ordinis dubia circa statuta interpretari) non haberentur inter insigniores, quæ ab aliis Prioribus Generalibus pro varia cujusque animi affectione, tales antehac reputatæ fuissent, aut in posterum reputarentur, sicut concio quadragesimalis, vel annualis per Religiosos ejusdem Ordinis habita inter legitima requisita ad Magisterium assequendum, esset quandoque adnumerata, vel adnumeranda, & vicissim quandoque respicienda. Hinc ipse Nicolaus Antonius Prior Generalis ad tollendam dictam ambiguitatem, certamque in præmissis normam deinceps firmandam, atque stabilendam cum sua Congregatione, ac etiam Capituli generalis dicti Ordinis tunc novissime celebrati consensu opportunum censuerat per decretum ab eo desuper editum determinare, ac nominatim exprimere Urbes Italiae, quæ insigniores reputari debuissent quoad conditionem quadragesimalis, & annualem pro adipiscendo Magisterio in Ordine prædicto requisitam, in hoc modo nimirum Ancona, Andria, Bari, Bologna, Firenze, Genova, Livorno, Missina, Napoli, Padova, Palermo, Pavia, Perugia, Pisto-

Transumptis danda fides.

Dat. die 15. Aprilis 1739. An. IX.

Decreto Cap. Gener. anni 1685. statutum, ut ii tantum Lauream assequerentur, qui per quinquennium Magisterii munus obvisissent, aut per decennium in principalioribus Urbibus Italiae Verbum Dei prædicassent.

In ultimo statuto Cap. Gener. designatae Urbes nominatim.